**S**cribis scitissime vir: opinari te nichil simile: a quingentis annis cotigisse: huic quod mee littere tibi denarrarunt: de geminis CHRISTI athletis diuinis verbis propagatoribus. Quia igitur cepi: adhuc loquar: et que ex parte vidi: partim audiui: de alio quodam eremita: sancto et admirando nostris temporibus viro tibi aperiam. Is iam in pace quietus: annis viginti. Nomen illi erat: nicolao de saxo: natione Germano atque Euetio. Eluerii enim sunt superiores Germani (quos nunc Suitenses vulgo appellant) siti interalpes. Illac anno salutis 1503: transiit: audiensque virtutes iam vita functi eremite: captus de siderio nouitatis rei: continuo ad eius eremum diuerti. Suscepit me hospitium: unus filiorum eius natu maximus. Patris vestem michi ipse ostendit. Sequenti die perreximus ad cellulam patris: in qua viuens pater perseverans duobus et viginti annis (quoad fatis excessit humanis) sine materiali omni cibo ac potu: docuit nos infirmos mortales: quod verus sit sacer hic ac diuiniloquus sermo. Non in solo pane: viuit homo: sed in omni verbo quod egreditur de ore dei. Obsederunt frequenter et per annos plurimos vias et itinera: que ad eum solitudinem ductitabant: Eloquentum princeps: tam ecclesiastici quam seculares. probatur: num quispiam occultis eum cibis allusset. Inueniuntque (quod et verum erat) hominem diuinitus supra hominem factum: naturam aliquo pacto superasse humanam: parem angelis: in hoc mundo euasisse. et carne adhuc vestitum: carnis tamen necessitudinibus minime obnoxium et addictum. ¶ Claruit: ut ferunt: et ut in eius actis legi) et in vita et post corporis excessum miraculorum. ¶ Referam autem visionem quamdam: que illi nocte una micantibus stellis orationi et contemplationi intento: in ipso celo apparuit. Videlicet enim humani corporis speciem: terrifico vultu pleno ire et minarum. Trifidam seu pontificiam gestabat coronam cuius appendicula et cono: inerat spherula parva. Ipsi vero spherule: crux deluper apparebat infixia. Barba illi deorsum prominebat trifurcata. Sex enses demptis capulis: ab eius facie (sed prepostere) prodire videbantur. Unus a media fronte: sursum deuergebat: latitudine sua fronti insidente: acumine vero: coronam supernam spherulam aut crucem terebrante. Duo alii: ab geminis oculis exeuntes: acumina in oculis seruabant: pars vero lata foris tendebatur. Ceteros duos: ambe nares vibrabant: latiore parte sita in naribus. Sextus denique foris latus: in os immittebat acumen. Hi autem sex enses: videbantur egales. ¶ Hanc visionem pingi ipse iusserset in cella sua: quae ego visam menteque conceptam: etiam apud me: ad memoriam depinxi. Cum enim me profecto lateat: quid portendat: quaque haud leua tonitrua: mortali orbis imminere suo statim terrore insinuet) Tu quid sit quidque sibi in his velit deus: melius fortassis coniicies. meque litteris tuis iterum solaberis: quibus intelligentie tante rei: certior abs te fiani. Si videbis te rei nouitate ac difficultate obtundi: scribe quomodoque ad me: ut tibi ipse quid de hac visione sentiam: litteris aperiatur. VALE. Ex sacuria nostra: vigilia diu Lauren tui 1508.

¶ Nicolaus horius Carolo Bouillo. S

D



Hyram  
Salomon

Sacrum elo-  
quium

Vizio



Ratē ac iocunde michi fuerunt littere: tue quas homo et honestus et tuum amicus ad me pertulit. Ostendisti enim magnum erga me ainerem um: ut si de tua in me charitate/ quicq̄ dubitationis habuissim: prosectoris sine mora villa/ michi abstulles. Q uod autem me rogas: vt titerpreter tibi singularis cuiusdam eremite visionē: qui postq̄ cigit in eremo duob⁹ et viginti annis sanctissimā vitam: in clarissimū illud celum ascēderit: nequaq̄ spondeo tibi me ad esse facturum: ita vt optimū verissimūq; sensum/ abi eruam. Nam id nemo facere potest: nisi maximus ille spiritus/ donauit eum prius tali ac tanto munere. Opinionem tamē mēā paucis explicabo. Sic igitur ēā (quā beatus vir: in celo nocte intempesta suspexit: cum in solitudine/ orationi operam nā uaret) imaginem exponendā esse opinor. vt ex humano capite( cui lierebat triplex et pontificia corona) sumū quēdā ecclesiasticū p̄cipē demōstrari lūspicemur. Qz autem facies capitis: tum rubicunda erat: tum etiam minas furorēq; nudabat: monstrata est satis futura illius crudelitas. Q uid queris? Nonne vt reliqua dilucidē: crucis quidē cuius et infixa fronti erat latitudo: et in sanctam crucē vergebat acumē: illum CHRISTI aduersariū fore indicabat. Gladius vero qui oculum cuspidē non tangebat solum: sed etiam lumine priuabat: eum tenebris avaricie excecadum patefecit. Mucro autem cuius tum alterū oculum percusserat: tum perire coegerat aculeata summa: ostendit ingentem eius lasciuia. Sed due ensium ore/ quibus inerat latitudo/ quibusq; nares obstruebantur: hominem talē fore monstrarunt: qui ex celestibus rebus odoriferis/ capturus non esset voluptatem. Huic enim erat inhumanitas( que per enses, intelligitur) impedimentū allatura. Ultimus autem mucro qui labra et collidebat et consuebat sua extremitate acuta: illum q̄ maxime notabat. tantāq; significabat ipsius segniciem futuram: vt populo suo/ idē ipse verbum domini nō predicaret. Sed illud/ dempti gladiorum capuli portedebat: vt quēadmodum/ qui totalesq; enses de facie fratris conaretur dimouere: man⁹ ei⁹ ledetur: ita profecto ab horribili crudelie p̄ principē affligeretur: qui eum ipsum auderet aliquando carpere. Erat autem barba eius tristitia/ promissa et aspera: ex qua sumi ea conjectura potuit: vt ille futurus esset causa malorum in quibus vniuersus populus aliquando versaretur. Nam et si ad cunctos obturgandos valde astrictus erat: tamē illos sepe dei legem transgredi permisit. Hec est opinio/ quā tu sc̄ite expetisti: quāq; volui ad te pro mea in te charitate mittere. VALE. Ex vībe Remorū quinto calendas septembri: 1508.

Nicolaus Horius Carollo Bouillo

S

Amdiu tuas litteras expecto: que simu! ac reddite michi fuerint: multū voluptatis afferēt. Nō enim et acutē ingenii: et magnitudinē charitatis: et suauē tue orationis copiā. Ego autē non solum visionē( quā memoria tenet) interpretatiuncula declarauit: led et huius breuem interpretationem scripsi ad te/ per diligenter. et ad temetipsum: meam ipsius epistolam perforandā curauit. Volui enim satisfacere tibi: quē multis de causis/ magno amore prosequor. Nescio mi Bouille: quid sit cur ad me nichil litterarum dederis. quāq; si meam de visione opinionē mittere: spopōderas michi te potius esse vñstrū officio scribendi: q̄ id contempturum. Forte illud accidit: vt aut meam epistolam/ tibi reddiderit nemo. aut in grauem cecideris egritudinem: que impedimentum tibi attulit: quo minus ipse ad me scriberes. Q uod autē reliquū est: te vehemēter rogo vt oculis stricidas molestam expectationē mēā: atq; ingens desideriū meum poperanter expreas. VALE.

Carolus Bouillus Nicolao horio.

S

Erlate sunt ad me littere tue: qbus sc̄ite profecto et adamussim expetitam sidere: cuiusdam eremitice visionis significatiā emedulasti. Memini autem me/ primis litteris quas ad te dedi: mentionem fecisse viri cuiuspiam veneti: quinunc abiectis cunctis opibus mundoq; contempto: Rome vilibus operas fratillis/ verbū dei publice extollit ac predicat. asserēs ferme oēs damnados nisi penitentiā egerint. Plurimos conuertit & ad monasteria impellit. Hymnos per dulces( vt aiunt) ex tempore canit. Horū igit̄ hymnorū duos ad te: vt virū amicissimū & religiōis cultorē mitto. facioq; te partipem eorum: que sunt apud me et noua et preciosa. Conciplies ex eis et viri statum: et quo agatur spiritu sancto/ an alio? Ego magis sancto credideri. Nā hi duo hymni plenici esse videtur. Arcana enī quedā pmūt paria his que a sacris eloquiis mystice predicanuntur

z. ii.




Hos hymnos misit ad me Iacobus faber stapulensis: perlatos ad se ex urbe. Hic te plurimum salutat. Salutarā eum prius tuo nomine. Scribe iterum ad me: quid de huiusmodi: ro sentias. vt et michi iterum ad te scribendi detur occasio. VALE. Ex lancia kalendis octobribus 1508.

**C**arolus bouillus Iacobo fabro stapulensi philosopho clarissimo.

S

**S**i boni ut plerique volunt natura est propagatio sui: lex nobis in propatulo est: qua licet esse bonos: si nostra omnia precipue amicorum fecerimus communia. Tu vero unus ille es: cui mea omnia: vt filius litteratio patri iure debeo. Genuisti quippe mesanis disciplinis ipsorum veritati. **E**t si rationabile est: quod logicū sentiunt: falsum vero interdum vero prestare originem: haud profecto absolum erit: et quod huic simile cenetur: bonum: nonumq; amalo oriuntur. Pathisius: anno 1495 peste affecti sunt: malum id sane fuit: in meum tamē conuersum est bonum. Fecit enim ut (qui intra parvissim verbis septa) ad id temporis in litterario ocio aquas (vt autem) hauriebā cribro) teruri illustrē disciplinarū sole offederi. Tu nepe per introductiones nūeras: per arithmetice discipline preludia: Pythagorico more: toti⁹ mei philosophici profectus ac litterarii studi extitisti causa. **O**mnes igitur que meo qualicūq; stipite pullulascēt exorienturq; nouelle spiritales item flosculi: ac litterarii cuncti fructus: iure tuo pedotribatu⁹ sunt a me dicandi. Nunc igitur tibi offerā: quid serotinus lunaris aspectus: michi quadā die post cenam ambulanti: secretioris altioris cōtemplationis infuderit. **H**aec tenus (quod notum) a philosophis indiscretum est: cur in luna visenda sese exibeat: nulla illa maculosaq; facies. Cur item aliter q̄ sol: insincero et indefecato orbe mortalium oculis luna pelluceat. **H**aber autē id meo iudicio: hanc rationem. Tantum due sunt potissime et vniuersi maxima: es creature: Angelus atq; Homo. Heaut cū deispecie/ imagine et cognitione sint insignes: cōgrue gemina illa atq; ingentia mundi luminaria expriment. Angelus quidem solem: Homo vero lunā. **A**ngelicus enī intellectus purus est: sincerus: abiunctus a materie: persimilis soli in quo sincera et imperturbata lux visitur: sine villa nebule aut caliginis permixtione. **H**umana vero intelligētia (angelica illa mente: paulo inferior) haud aliter natura subsistit: q̄ in materia. Et ipsa perinde atq; lunaris orbis: permixtione et alluvione materiei: haud statim sincero ac liquido: sed subrutilo minusue candido aspectu in suum autorē conuertitur. **I**ntellige igitur quicquid in luna luminis est: maculosam circumstantis effigie: persimile esse speculo. **I**psam vero pullā effigiem / nativā esse speciem: qua affectum et permixtum est lunare speculum. Hoc pacto oīs humana intelligentie (qua ab sublimore angelica differt) nobis modus et ratio congrue exprimitur. **A**ngelicus siquidem intellectus: cum purus sit & immixtus: persimilis nitidissimo speculo: solo lumine: sine specie atq; effigie affecto censetur. **H**umanus vero intellectus: similis est speculo: quod affectum quidē est lumine: sed in suī medio: cuiusdam speciei gestat umbellam. que velut circumstantis luminis: decurrenti in ima fece atq; ypostasi colligitur. **S**icut enim color et visibilis omnis species: primogenii luminis sex quedā est atq; ypostasi: ita et conceptio humana intelligentie: figura et color quidam est: primarii angelici ac simplicissimi luminis. **S**olem simplici affectum lumine conspicamus: sine nebula: siue maculosa facie: sine colorum subsidente ypostasi. Angelica itidem mēs: natura simplex: cōgruū sue simplicitati: purū & imixtūlumē: et diuino fonte in se detinat. **A**stī luna: cernim⁹ exceptū cum ypostasi lumen. Nulla quoq; in ea visitur species: q̄ circumstantis luminis quedā est cōcretio perinde atq; color: cōcretio est et fex lucis. Diuine pariter lucis immaculatus splendor: qui purus ab angelica mente captatur: in humana intelligentia concrescit. gignitq; speciem quandam: ab simplici lumine differentem residentēq; in medio luminis: vt primarii lucidi actus yposta⁹: vt propriā humana intelligentie notionē: qua angelico intellectu cēsetur paulo inferior.

Analogia  
coloris



**S**ol expositus est ac preest diei nullaque in se caliginem susceptat. Luna vero exposita est ac prefecta nocti gelidaque nocte concretam in se excipit nebulam. Angelica pari pacto mens: preest dei luci et intelligibili mundo. in quo nulla aeris desatio nubes gignit: neque solis absentia noctes ac tenebrarum vices alternat. Humana vero mens: noctem tenebras et sensibilis mundum regit. in quo nunc serenus est nunc nubilus aer. Nunc presens apollo diem nunc absens noctem restituit. Et rursus sicut sol fons est totius sensibilis lucis: Luna vero deriuaticum lumen mutuat a sole: ita et angelus diuine est origo scientie et prima que in deum assurgit creatura. Homo vero diuine scientie extremam sortem consecutus: haud aliter quam per angelos in deum subiectus est: diuinaque scientia potitus. Et attende queso quo pacto euadant hec tria in angelo simplicia. Substantia Scientia et Subjectum. Nam Triadis angelica substantia simplex et incorporea est. quippe spiritus corpore liber/ materie imperato mixtus. Eius vero scientia simplex est lumen inconcretum: atque in nullam speciem figuratum. plicita Obiectum quoque ipsius simplex et inopertus deus est. qui velut lincerus ac meridianus sol: angelice mentis nudus pellucet atque reuelatur. In homine autem: et substantia et scientia et obiectum: dualia mixta et composita cernuntur. Substantia enim imprimis humana: ge minas partes (corpus animaque) inuoluit. Humana vero scientia: humaneque mentis habitus: perinde atque habitus lunares euadunt gemini. Prima namque humane mentis notio: lux est principiorum persimilis huic luminis: quod in luna pulla imaginis atrisque speciem circumstat. Secunda vero humane mentis notio: lux est illationis: quam nos scientiam non cupamus. Hec enim scientia maculosa in luna facies simillima: concretio quedam est primaria et canditoris principiorum lucis. sicuti et visibilis lumen species: concretio est candioris sequitur circumstantis luminis. Hominis insuper obiectum duale est et permixtum. Humana quippe mens luxuriens in deum: haud simplicem illum sed angelice mentis pertenui nebula cernit adopertum. Nudatur enim homini deus non ut meridianus sol sine caligine: sed ut sol exiens: aut occidens: sub transfluidis vaporum nubibusque velaminibus. Vnde fit ut angelus sit terminus: transire de causis simplex. Homo vero ter dualis/ terue compositus et mixtus: Substantia scilicet Scientia et obiecto. Angelica substantia: simplex et immixtus spiritus est. Humana vero substantia: spiritus et caro. Angelica scientia: simplex est et inconcretum lumen sine specie villa aut figura aut imagine. Humana vero scientia: lumina est: quod in specie: figuram et imaginem cogitur atque concrescit. Angelice mentis obiectum: est deus sine specie: simplex purus/ nitidissimus ut sol. Humane vero mentis obiectio: deus est cum angelis caspecie: velut speculum mixtum affectumque imagine: velut ita lumen. Angelice mentis habitus: est ut lux principiorum sincera/ peruia et suapte natura ab omni intellectu excepta. Humane vero mentis habitus: partim lumen est/ partim luminis species. In principio sine figura et specie: mens humana proficit. In fine vero cuncta per species ac figuram apprehendit. Ex his igitur elicio per ingentia mundi luminaria/ solem et lunam: haud aliud nobis exceptum: quod supremam divinitatem: que ut sol: angelice menti: ut luna vero: humane intelligentie nuda/ peruvia et adaptibilis sit. Maculosam quoque lumen effigiem hinc definire liceat: eam esse divinam quandam speciem: quam natura homini ad solis aspectum imbecillo: in lunari speculo presentauit. Hec sunt que nuper a me: ad lunare prospectum obambulando excogitata: te latere nolui. Spiritales margaritas: et litteraria et mentis penuario/ prompta munuscula tibi: quilibens offero: tam beniuolus suscipito. VALE. Ex bruxellis viii Maij 1505.

Jacobus Stapulensis Carolo bouillo suo dilectissimo.

S

**A**Moris indicium est: cum que ab aliquo veniunt magna afficiant voluptate. Sic certe tue litterae me affecerunt: ut nichil magis. tum quod a te prodierunt: tum quod dignissimam de solis puritate et lune impuritatis permixtione/ cotinere contemplatione vise sunt. Et si ut per amorem quem erga me gerere fateris: aliqua tuorum studiorum ieci primordia: que a mente tua: ut suapte natura fertili agro suscepta sunt: sed in te recognosco: quod in messe recognoscere debet: non ingratus erga deum colonus. Mandat enim semina terre: sed deus est qui ea vivificat: et incrementum prestat: vniuersum. Quemque igitur spiritalem fructum: in posterum feres: non ignorabis ab illo puro sole: quem tam magnifice predicas: tibi esse comunicatum. Quod si aliquid de spicis illis: ad alimentum animi michi impa-

z. iii.

tieris/ vt et nuper et alias fecisti / cultura illa( vt colonus cui ex minimo culture labore:  
ager/ assert fructus vberissimos) me felicem efficiet. Gaudeo sum opere/ te esse apud reueren-  
dum patrem/ singularē dñm meum episcopū legionensem. Cui vice mea/ salutes mille da-  
bis. Per dominū Aluarū curauī ad eum trāsmitti Heraclidem et recognitiones petri. quia  
reuerende paternitati sue. illa dicaueram. Credo eum: illa percepisse. Si superfluisset michi  
aliquid ocū ad eundē dediſsem litteras. sed cum festinantia tabellarii id non ferat: et mul-  
ta me v̄geant nō ocia/ sed negocia:oro/ ei to mea epistola. Vale: parhiis xx aprilis 1506.

**C**arolus bouillus Leonardo pomaro doctori medico S

**D**lutina nostra silēt/a/ amātissime mi Pomare: haud veteris nostre amicicie  
oblitteratione/ neq; obliuiosa desidia: sed vel crebris studiorum occupa-  
tionibus/ vel tabellariorum penuria contigere . Nam tu velut beneficu-  
me⁹ hospes/ cum redirem ex vrbe/ michi alt⁹ in animo infestasti. Atq; vbi  
opportune lugdunensis accessisti/ venitq; obuiam viator: extēplo me adscri-  
bendum conuersti. Agam autem tecum partes/ non mundant interlocu-  
toris: quem satis ipse nosti mundanis moxq; euanidit et insucculentis per-  
parum sermonibus oblectari: Sed satius philosophi partes secutus: paucu-  
la tecū de animi immortalitate disceptabo . vt vel hoc pacto. litteraria p̄cipia a me donaria

**C**Memini quippe cū apud te (quattana corruptus febre) diuersare: quadā die ortā inter-  
nos de animo cōtrouersiam: vix post horas quattuor q̄ cepta erat (argutiarū obortis sale-  
brosis scrupis) ad finē deductam. Aderat enim illustrissim⁹ vir / carpi comes: recentiū litté-  
ratorum: facile scopus ac decus. Tu igitur que de animi immortaliitate: que de stara ac per-  
pensa in euo mentis humane substantia sum⁹ allaturi: pronus ac facilis auscultato. **C**Deū  
inficias ibit nullus/ esse eternum. Porro eternitas duratio est/ in vtrāq; partem nullis termi-  
nis profusa. In qua dīgressus quis p̄iam vltro citroq; a medio: neq; principiū illi quo ceperit  
esse deus: neq; finis/ quo in non esse prolapsus sit occurrit. Qui enim omne principium  
antecessit: omnem quoq; finem transfiliet. Qui prior fuit omni initio: omni quoq; fine atq;  
periodo euadet posterior. Succedit autem eternitati euū: secunda ab eternitate (primo tā  
men creata) rerum duratio. Hec enim velut pars quedam eternitatis / parte altera ab eter-  
nitate desciscit: reliqua vero ex parte eternitati cōiungitur. Habet enim euū/ principiū: fine  
tamen non habet. ortum est et deriuaticum ab eternitate euū/ cepitq; esse aliquādo: In-  
desiteturum tamen est et cum ipsa eternitate perseveraturum. Habitu principiū ab eternita-  
te discedit: finis vero et periodi carentia/ eternitati simile est etynum. **C**Superat autē post  
euū: gemina rerū permanentia/ duplex duratio: Tēporanea et instātanēa. Temporaneā:  
aliquantula quidem fluxione/ ac diuidua progressionē metientes: ab aliquo profectam ini-  
tio/ atq; ad aliquē v̄sq; finem propagādam definimus: geminisq; terminis principio et fine  
volumus esse circunspetam. **C**Momentaneam vero rerum stationem: et omni progressio-  
ni spacio et terminorum differitudine dicimus esse orbatam. Estenim hec per exigua et in-  
sestilis temporis atomus. **C**Omnis itaq; rerum duratio et permanētia: ad simpliciū ac na-  
turalium elementorum numerū/ quaterna esse colligitur: Eternitas/ Euū/ Tempus/ Tem-  
poris atomus. Eternitatem tibi propone atq; intellige/ per lineam ex parte vtrāq; infinitā/  
vt per lineam a b. Euū/ per lineā medium/ cui sit principium sine fine. vt per c d. Tempus  
per lineam e f: tam principio/ q̄ fine demēsam. Temporis atomus: tibi punto g/ designe-  
tur. In momentanea duratione: substantia abs te nulla est collocanda. quādoquidem nul-

(a) — (b)

(c) — (d)

(e) — (f)

(g)

In solo in-  
stanti nulla  
substantia

Que in tpe  
durant

lussubstantialis rerum actus non plusq; momento/ in esse perse-  
uerat. Nulla enim substantia simul atq; exorta est: interit facillitq;  
e medio. Librantur autem ab instanti soloq; momento perdurant/ perfectissima quedā terū  
accidentia: velut fluxe ac successiue qualitates/ lux et sonus: que intereunt simul atq; fiunt  
**C**Omnis autem sensibilis sublunarīs actus/ humano actu inferior: id est et essentialis et  
vitalis et sensitivus: tēporaneum sibi statum/ ac definitam vtrīng( ab ante et post) permanē-  
tiam vendicat. Vniuersus quippe eiusmodi actus: adūctans in materiam: imprimis esse in-  
cipit. Migrans vero e materia: illoco esse desinit. Inter vtrīng( porro generationis et cor-  
ruptionis terminū temporaneo ac fluxo esse potitus/ in materia aliquandiu resedit. **C**Et cū  
diuinam substantiam/ sibi ipsi inuensam eternitatem prescripsisse dixerimus: superat vt

residua entia Angelica atq; Humana mēs ipsaq; prima materies: sint in euo/a natura per- In' eternita  
penia ac stata. Hec igitur tria: angelica mens; Humana mens et Materia: licet orta sint: fu- te solus de  
erintq; nōnūq; non entia: indelebilia tamen sunt/ perennia ac perpeti esse potitura. ¶ Sed  
dices fortassis. Et angelicam mentem et materiam: vel nichilo persuasus argumentis/ im- Tria in euo  
mortalia et perennia esse assentior. Humana tamen mentem qua de simile iudicium nō est/ Obiectio  
vel addubito/ vel plane diffitetur esse immortalem. ¶ His ego respondeo/humanam mē-  
tem/dissimilem esse substantia: et ab angelica mente et a materie. Esse nāq; materiei: potē Responsio  
tia quedam est et extima rerum vmbra. Esse vero humane mentis: actus est et diuinus qui-  
dam immaculatus splendor. ¶ Angelice quoq; mētis esse: abiunctum est a materia/ ac sub-  
sistere extra materialia natum. Humana autem mens: nativo materiei coniugio/ ab illa dissi-  
der euaditq; paulo inferior. ¶ Addo tamen humanam mentem: congrue ex vtriusq; ange-  
lice scilicet mentis et materiei perpeti substantia / colligi posse perpetem atq; immortalem.  
¶ Angelicam siquidē inētem: nulla magis ratio negat esse cadiuā: Nichil magis illam illa-  
bilem esse et indeciduam asseuerat: q; diuine immutabili semperq; eodemodo se habē-  
bentis lucis et sapientie particeps est. Q; ve diuine imaginis nitidissimum speculum/ primaria  
item diuine speciei emicatio et lucidissima apparitio nuncupatur. ¶ Atqui humanam mē-  
tem/palam est earundē proprietatē esse in expertem: Ipsa etenī est et diuine imaginis spe-  
culum: et consors diuine sapientie. Extrema quoq; diuini luminis deriuatione/ supremaq;  
dei pelluentia: humana mens a cunctis theologis honoratur atq; insignitur. ¶ Est igitur Argumentum  
humana mens/ perinde atq; angelica: ob diuine imaginis lucidam/ patulāq; expressionem tum primū  
immortalis. Eterni quippe illius increati et indestituti entis/ immaculata imago: omne id  
quod varium et permutable est: designata/ his duntaxar sese infudit vasculis: ab solis his  
speculis/ gestari et exprimi voluit: que nulli permutationi sunt obnoxia/ que semper eo-  
dem modo sunt habitura. ¶ Definuit enim circum seipsum/ diuina altissima mens: duo tā  
tum ingentia luminaria/ mundanis persimilia lichenis atq; lampadibus: solem et lunam/ id  
est angelicam et humanā intelligentiam. que ortum quidem / cum ab ipsam et diuina mē-  
te ductitent: et ex parte principiū/ sine modo ab illa exuperentur: cuiterne tamen duratio-  
nis inconsutabili fluxione/ nulliusq; finis assutura periodo: sibi met copulantur atq; exe-  
quantur. ¶ In his quippe duobus speculis: sacra diuinitas omnem sui consumauit prospe-  
ctum. Hec tantum geminas anxit spiritualia lumina: que illi ipsi/ futuro toto euo colluceant  
atq; suffulgeant. Extra hec/ dinoscit deus ac spectari noluit. Alteri nulli creature: exort⁹ est/  
pelluit/ apparuit. ¶ Rursum ex materie eiūterna permanentia: parē rationalis anime im-  
mortalitatem/ tibi hoc pacte eliciam. Materia potentia quedam est: et ens natura imperfe- Secūdū ar-  
ctum. Omnis autem potentia subesse actu nata est: et propter actu facta. Si igitur erit per- gumentū i-  
pes materies: vt itq; et perpetem esse/ aliquēuis materiei actu oportet. ¶ Si enim materi- mortalita-  
em/ haud propter seipsum/ sed propter actu: et creatam esse et subsistere consiteris: fati-  
bere et eādem/ non propter se/ sed propter actu: esse eiūternam. ¶ Atqui totius materiei  
sunt quadrigemini actu: Substantius Vitalis Sēstius et Rationalis: a quibus et totidem  
sublunarium rerum gradus: Subsistentium/ Viuentium/ Sensituorum et Rationalium de-  
sumuntur. ¶ Horum autem actuū: cum priores tres essentialē/ vitalem et sēstium/ tēpore  
simus emensi: superest vt precipuus actus (quem rationalem humanūq; animū nuncupa-  
mus) sit is actus/ propter quē materia censetur eiūterna. Ergo cum vt luculentissimo prin-  
cipio volunt omnes/ id propter quod vñū quodq; tale est/ sit et illud magis: non modo eadē  
de causa qua materies: sed et lōge potiore ac dilucidiore/ rationalis aia perpes atq; immorta-  
lis merito colligī. ¶ Fassus enim est Aristoteles: materiā esse et ingenitā et incorruptibilē.  
Id quoq; ethiophilosophi vniuersi confitentur. ¶ Qui itaq; omnē in materie actu/ labile et interi-  
turū putat/ materialē hypostasim (que propter actu facta est) suopte ipsius fine destituit. fa-  
cītq; eandem toto quo permanstra est euo: irritā/ inanē/ atq; ociosam. ¶ Esse autem in rerū  
natura/ quicq; ociosum orbatumq; fine: q; sit a philosophica ratione alienū/ testis est Aristoteles  
telicus sermo. quo vir ille/ in grauem prolapsus errorem: mundum ingenitum / in creatum  
ac deo coeternum fateri maluit: q; diuinam substantiam ab eterno feritatā/ nichil peperisse;  
q; deum ipsum nullam suorum bonorum communionē effudisse: q; deniq; nichil agentē et  
sese extime propagantem: fusse irritum atq; ociosum. Habes itaq; causas duas: vñā ex an-

Paulus

gelica mente/ aliam ex materia deprompta: quibus tibi persuadere queas/ humanum actū  
eis: immortalem. His enim causis/ cum principaliore apostolico presidio: cum intemerato  
orthodoxe fidei sacro testimonio: nutates et imbecilli (ad occultoris veritatis prospectum)  
animi: de euictima sui permanentia/ quoquopacto certiores euident: sibiq; ipsi plausibili-  
ter aggratulabuntur. beatam spem et reuelationem glorie magni dei (vt sacer Paul⁹ ait)  
sive in corpore sive: extra corpus prestolantes. ¶ Hec autem de anime immortalitate ad te  
scribere volui: haud quia addubitem opinari te humanum animum corruptioni/ sive  
substantie internitioni esse obnoxium. Nam scio te et ex sacris eloquitis et ex naturalibus  
disciplinis: dudu etuscmodi veritatis/ indubia fidē adeptū: procul omni falsitate et vasta  
errorum carybdi firmasse/ vestigia. sed quia obducēde deploratorum quorundam virorum  
cicatricis/ constudendum erat: qui sanctorum christianorum patrum: pontificie doctrine(ve-  
lut quasse ac vento agitate arundini) inniti: in suā ipsorum perniciem floccipendunt, quicq;  
infidelibus deteriores/ postergato sacratissime fidei lumine: nisi aut publicissima euiderint  
signa/ aut naturalibus ac ipso sole pererioribus cogantur argutius: credere singula dignā  
tur. ¶ Persimiles enim hi sunt Iudeis aut Grecis: quibus ab apostolico discipulatu(qui lola  
fide et discentis credulitate consumatur) Paulus apostolus his verbis interdixit. Iudei si-  
gna/ Greci vero sapientiam querunt. ¶ Nam et ego ipse vidi plerosq; nescio quid sibi for-  
tassis immaniū scelerum conscos/ quibus neq; apostolico vlo sermone/ neq; naturali(vel  
elaboratissima ac perlucida) Ratione persuaderi possit: humana anima/ superiorembelus-  
tis ac vitalib⁹ animabus: immortalitatis sortem esse a natura indeptam. ¶ In eam vt ar-  
bitror syrtim: aut carnalium amore rerum/ aut conscientia flagitiorum inciderūt. vt nulla  
sibi suadeant/ post infelicissima suarum animarum a carne diuertia/ extimēda esse ignis  
acumina: nulla ab infero duce/ suis vmbbris impingenda supplicia. Atq; in eam potius Sa-  
lomonis sententiam/ toto agmine ruunt. Ex nichilo natū sumus/ et post hoc erimus/ tamq;  
non fuerimus. Quia fumus afflatus est in naribus nostris. Extinctus cinis/ erit corpus no-  
strū: et spirit⁹ noster diffundetur/ tāq; mollis aer. ¶ Hic syllogism⁹ hec ratiocinatio impio-  
rum a veritate oberrantium est. His vt principiis atq; infeliciter premissis in hāc illationē  
per deuexū viciorum cliuū lubricant. Venite ergo et fruamur bonis quesunt: Vino pre-  
cioso et ynguentis repleamur: Coronemur rosis/ anteq; marcescāt: Vbiq; pertransēat luxuria  
nostra. quoniā hec est pars nostra: et hec est fors nra. Opprimam⁹ iustū. Comedamus et bi-  
bam⁹: cras enī moriemur. ¶ Hec dānata illatio: infelicē ipiorū ratiocinationē claudit. Spē  
immortalitatis illorum/ nequiter exterminat: Brutis deniq; aciumentis insipientibus/ insipi-  
entiores ostendit. Et nisi longius supra epistole metas/ digresus noster sermo/ tāiam eset  
cohendens: q̄ plurimas iterum rationes/ ex naturalibus rebus eram allatus. que hanc  
preclarissimā euictimatis et immortalitatis dotem humano animo comparantes: illū nul-  
la vi corruptionis/ sanciunt/ interitum/ aut in nichilumabitur. sed et abiungendum  
ad tempus aliquod/ a carne: demū in exitu visibilis seclū huius/ atq; in ortu futuri: amice  
denū carni/ perpeti euō (vt sacra attestātur eloquia). nupturū conuouēdum/ sociādum.  
VALE. Ex partisijs 25 Iulij 1510.

¶ Carolo Bouillo philosopho Alanus varenius. S.D.P.

**E**aber illustris p̄ceptor noster: litteris quas ad nos destinauit/ tue i columita-  
tis et studiorum tuorū reddidit certiores. libros quos prope diem emissurus  
es: summopere videre desideram⁹. quippe non poterunt non esse optimā:  
que ab optimo quodā fonte manabūt. Rara sunt et paucissimis peruria: que  
a vobis( diuino/ quantū arbitror afflatis spiramine) prodeunt. Sed et prīcā  
illam ac venerādā eruditōne: pre se ferre vidētur. Amplexantur omnes eru-  
dit̄ preclaros in psalmis. Fabri nostri cōmētarios. sperantes cōtinue melio-  
ra: quo christiana religio/ fiat quotidie locupletior. Huic non parum adiū-  
mento afferet/ tuum īmōrtale ingeniu: si q̄ cōcīpis/ viros christianos nō lateāt. Age mi pre-  
ceptor: vt tua ope diuina: liquidore radio a nobis percipientur. Atq; vt vetusta illa/ ob an-  
tiquitatem pene deleta: abs te pro maxima parte instaurantur. Fundamēta posuisse vīsi sūt  
pleriq; ex tribus nostris: Alij deinde alia supposuisse edificia. Supersūt ad edificij integrā-  
tem/ pleraq; pficienda. Adde igit̄ mi Carole plurima: et queq; noris abstrusissima/ ad tan-  
te ac tā artificiose litterarie molis cōplemētū. Noster faber optim⁹ indies diuinā quādā ma-  
teriā ilī suppeditat: quo tā egregia structura/ culmē tādē suū recipiat. Michi satis erit posse  
edificatores cernere et admirari/ tā illustres. Vale mi preceptor: et tuorum studiorū fac me  
aliquando p̄cipē. E grationopoli/ 12 kalendas aprilis. Tu assitenter optamus.

**C**Carolus Bouillus Alano Varenio .S.



Ortatur me sepius vnuquispiam tuorum Amantissime Alane: vt crebrius  
cule ad te scribam. sed et littere tue quibus me primus lacessis: id opere ef-  
flagitare videntur. Facturus itaq; tuo voto satis: tibi nunc aliquid proma:  
quod mentem fortassis pascat oblecter; tuam. Paucula enim tibi de aia  
per aquarum proprietates aperiam. **C**Aqua in ortu suo ac fote: suapte na-  
tura algida est: clara dulcis. Histribus qualitatibus: Gustui delectabilis et  
potabilis efficitur. Emergens autem paululum e fonte: vbi in flumē defer-  
tur: natuum extemplo perdit algorem atq; puritatem. fit enim mox obtut-  
bida et tepidiuscula. Vbi deniq; longius progesa: marimicetur: ea que sola/ e trib⁹ super  
erat suauitas & dulcedo obliteratur. Nempe in mari amarore inficitur: fitq; gustu in iocu-  
da et impotabilis: atq; extoto suo fonte et scaturigini dissentanea. **C**Hec aquarum natura  
lia esuis fontibus ac scatebris in mare profluvia: intellige ortus esse et emanationes nostra-  
rum animarum a deo. Anime enim nostre: sunt ut naturales aque. Deus illarum fons est  
atq; initium. Corpus vero in quod primitus labuntur cuius a deo ifunduntur: vt fluuius qui  
dam est. Mundus vero (in que corporis vehiculo vt Platoni placuit peregrinatu a deo missi  
tantur) vastum animarum exprimit mare. **C**Anima imprimis deo coniuncta: eas obseruat  
quas aqua in fonte / qualitates. Pura equideem est: candida et infeculenta. Natui autem fri-  
goris loco/ charitate feruet. **C**Nam et quamplurimos fontes reperias: qui calidas ebu-  
liunt aquas. Est et suavis/ dulcis/ grata/ iocunda: ac deo peramabilis. Vbi vero anima/ pau-  
lulum a deo facessit in corpus: illico natius eius candor/ materie permixtione: opullas ce-  
re et obliterari incipit/ ac mitui charitatis feruor. **C**Peregrinata rursum anima per multi-  
pharios corporis sensus in mundum: circa varia ac instabilita mundi/ vnicam que superfue-  
rat suavitatem ac dulcedinem perdit/ suamq; totam immutat originem.  
**C**Vnde fit ut sint nostre anime/ ab sue creationis initio: velut nitidissimi aqua fontis. Dein:  
deper corpus: vt fluuii humor. Per mundum vero mundanae negotia: vt aqua maris.  
**C**Quenam igitur inquires / est virtus/ qua continetur in suo fonte anima: vt nusq; ab sui  
principijs discedat vnitate sitq; nulli permutationi obnoxia? Aio ego nil diuino amore pre-  
claris: quo anime inseruntur deo. quo per ignotum quēdam et excellentem raptum (licet re  
ipsa & in mundo sint et in corpore) supra mundum et supra corpus fiunt: nec vslq; a deo/ diui-  
nisq; bonis auelluntur. **C**Et si vterius pergit analogus epistole sermo: hic tibi congrue p  
aquas/ futuram nostri integrum resurrectionem: humanasue animas/ nonūnq; sua in corpo-  
pora relapsuras elicet. Omnes enim (inquit Salomon) aque ad mare fluunt: et ad sua initia  
revertuntur: vt iterum fluant. quod sacrum eloquium/ vbi ad animam conuerto: trinis he-  
miciclis nostram resurrectionē clare exprimi video. **C**Primus hemiciclus/ animarum ortū  
insinuat: quo a deo/ in corpore facte et create sunt. Secundo hemiciclo: extemporanea ho-  
mīnīs mors/ que est animarum in sua initia/ id est in deum reflux⁹: insinuatur. Tertius deniq; Illatio  
hemiciclus illas iterum a deo/ suis met corporib; sexprimit sociandas. Ethanc suprēmā ani-  
marū/ cum carne sponstationem: futuram euternā arbitramur. Sed hactenq; tātula de aia/ p. **I**nrogatio  
aqua rū naturas discussi. Plura cum fortassis esse allaturus: epistole rationem / haben-  
dam censi. **V**ALE. Exparhisijs octaua Nouembris. 1510.

+ equalis 20 vel plūtūdo  
Analogio  
Aquarum  
ad rationa-  
lē animam

Responsio

**C**PHILOSOPHICARVM·EPISTOLARVM.  
Caroli Bouilli Samarobrini  
.·FINIS.·

3 20 2